

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De praeparatione Saturni

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](#)

solo sale armoniaco & mundato. Cum autem bene & minutissime fuerit calcinatum cum sale armoniaco, subtiliatum & mundatum ; donec fuerit in pondere æquali, vel circiter : tunc illud totum peroptime , & bene diu teratur super porfidum , & ponatur sub divo in loco frigido & humido, vel in vesicis vitreis in furno solutionis ; vel in ventre equino ; donec totum fuerit dissolutum, augendo salem, si necesse fuerit. Istam aquam reserua cum omni diligentia. Et quidem hanc aquam honorare deberimus : ipsa enim est quam querimus ad album. Et haec de præparatione Jovis dicta nunc sufficient.

De præparatione Saturni.

P Ræparatio Saturni sic est : Ponatur similiter in furno calcinationis, movendo ut Jove in; donec convertatur in pulvrem tenuissimum : cribretur, & ponatur ad furnum. Stet ibi in igne suæ calcinationis per modum prædictum , donec tota fugitiva substantia & inflammabilis fuerit detuta. Postea extrahatur calx rubea & munda : quæ imbibatur & teratur frequentissime & minutissime cù sale communii mundato, & atramento & cum aceto purificato & multum acerbo. Ista vero ad rubeum utaris, sicut ad album fecisti cum sale communis.

ni & alumine Jameni & cum aceto multo-
tiens iuibendo , ut de Jove factum est.
Desiccatur & imbibatur , & teratur , donec
per beneficium dictorum omissis dicta im-
munditia fuerit delera. Tunc apponatur
de vitro cum his prædictis : & descendat
per botum barbatum corpus purum de-
scendendo reductum. Iterum calcinetur
cum sale armoniaco puro , ut de Jove fa-
ctum est. Teratur saepissime , & dissolvatur
per modum prædictum. Ipsa enim est
aqua de argento vivo & sulphure pro-
portionabiliter facta : qua utimur in rubei
elixir compositione. Et hæc de Saturni
præparatione dicta sufficient.

De preparatione Veneris.

PRÆPARATUR Venus optime per hunc
modum. Ponatur Veneris stratum su-
per stratum de sale communi optime mun-
dato in crucibulo , & desuper ipsius lami-
nam , & desuper salis stratum , & desuper
lamina : & sic vicissim , donec vas fuerit
completum : & cooperiatur & lutetur , &
collocetur in furno calcinationis per diem
naturalem. Tunc deponatur & abradatur
quod calcinatum fuerit : & reponantur la-
minæ cum sale novo : & sic alternata vice
calcentur , donec omnes laminæ fuerint
consumptæ seu corrosæ per beneficium sa-

lis